

Ob-12

1899/1900 45



INDEX LECTIONUM

IN

LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBERGENSI

P E R H I E M E M

A DIE XV. OCTOBRIS ANNI MDCCCIC
USQUE AD DIEM XV. MARTII ANNI MDCCCC

INSTITUENDARUM.


PRAECEDET PROF. F. NIEDENZU DISSERTATIO:

DE GENERE STIGMATOPHYLLO.

(*Par. prior.*)

BRUNSBERGAE 1899.

TYPIS HEYNEANIS (G. RIEBENSAHM).



LYCEI REGII HOSIANI

LYCEI REGII HOSIANI

LYCEI REGII HOSIANI H. T. RECTOR

DR. HUGO WEISS,

PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.



LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBURGENSIS
R E C T O R E T S E N A T U S
CIVIBUS SUIS
S.

D e g e n e r e S t i g m a t o p h y l l o .

(Pars prior).

A u t o r e F. N i e d e n z u .

Herbariis usus iterum ac saepius citatis in Indicibus Lectionum antecedentibus jam genus *Stigmatophyllum* (*Stigmaphyllum* Juss.) perscrutatus sum atque hoc loco dissertationis de hoc genere partem priorem emittam, alteram in Indice sequente editurus, tum quaestiones de *Banisteria* ceterisque generibus amplis *Malpighiacearum*. Itaque denuo collegas meos oro, „ut etiam cetera ac si fieri potest omnia exsiccata mihi tradantur, ut discrimina sat difficultia penitus cognoscere valeam.“

De characteribus generis addendis necnon speciebus vel speciminibus e genere excludendis in extremo hoc labore clavi perfecta disseram.

Genus *Stigmatophyllum* descripturus re vera maximi momenti esse perspexi stigmatum s. potius stylorum apicis indolem atque samarae alam, minus autem valere ceterarum partium floralium fabricam.

Claviss.

- I. Styli longitrorsum a latere compressi, anticus (i. e. sepalo eglanduloso oppositus) apice truncatus vel extus \pm uncinatim productus s. in uncum distinctum excrescens facie superiore nunc angustissimum et linearis-acutissimum, nunc in foliolum angustum minimumque, planum, lanceolatum s. ovatum dilatatum. Stamina 2 stylis posticis opposita antico \pm crassiora. Samara ei *Banisteriae* similis, ala a basi contracta versus apicem dilatata, margine utroque \pm curvato. Carpellum anticum fere semper sterile. Subgen. I. **Baeopteryx**.
1. Styli etiam 2 postici apice truncati s. extus uncinatim producti et ad angulum interiorem stigmatis mediano (cf. n. 3) instructi; stylus anticus posticis distincte brevior graciliorque necnon \pm reflexus. Sect. 1. **Eubaopteryx**.
- A. Samarae ala marginis superioris basi appendiculata. Folia integra margine eglandulosa. Bracteae bracteolaeque lanceolato-acutae. Subsect. A. **Odontopteryx**.
- a. Styli 2 postici, sicut stamina opposita, subdirecti atque antico multo crassiores satisque longiores, anticus apice aut tantum truncatus aut in appendiculam cum angulo stigmatifero continuam excrescens. Flores corymboso-racemosi, pedicellis longe stipitatis. Folia pleraque basi cordata, apice emarginata apiculataque, longius petiolata.
- α . Folia adulta quoque subtus pubescentia (s. raro demum glabrata). Samarae pericarpium latere nervis prominentibus longitudinaliter costatum.
- I. Et olia novella utrinque et ramuli complanati corymbique fulvo- s. demum canescenti-tomentosi s. -hispidi. Rami cylindracei, glabri, rubiginosi s. canescentes, lenticellis crebris orbicularibus tuberculati. Folia nunc ovata s. subrotunda, utrinque rotundata s. apice emarginata apiculataque et basi \pm cordata, usque 15 cm longa, usque $10\frac{1}{2}$ cm lata, nunc (praecipue superiora) oblongo-ovata s. oblonga, basi acuta, 4–12 cm longa, $1\frac{1}{2}$ –5(-6) cm lata, \pm coriacea, supra glabrata, subtus tomentosa s. raro demum \pm glabrata, nervo medio subtus basi biglanduloso, primariis lateralibus crebris parallelis subdirectis, subtus prominulis, petiolo 4–25 mm longo. Corymbi multiflori, et axillares longe (pedunculo communi 5–10 cm longo) stipitati et terminales subsessiles in corymbos \pm compositos ramum terminantes foliiferos dispositi, foliis infimis solis magnis, ceteris vero in foliola $\frac{1}{2}$ – $2\frac{1}{2}$ cm longa pleraque lanceolata reductis, bracteis bracteolisque lanceolato-subulatis 2 resp. 1 mm, pedunculis 3–10 mm, pedicellis 15–35 mm longis. Flores 23–26 mm diametro. Sepala subrotunda glandulas oblongas 2– $2\frac{1}{2}$ mm longas 2– $2\frac{1}{2}$ mm superantia. Petala flava, limbo subintegro exteriorum usque 13 mm, quinti vix 5–6 mm diametro, ungui 4–5 mm longo. Pollen 12 μ diametro, poris 6 regulariter dispositis. Samarae pericarpium interdum costis apice in denticulos exsertis muricatum 5 mm, appendicula obtusato- s. rotundato-triangularis 2–4 mm alta, ala in quibusdam semiobovata 18–25 mm longa, 9–12 mm lata, margine superiore subdirecto, inferiore rotundato ac fere usque basin pericarpii decurrente, in quibusdam oblique oblonga s. subspathulata, 15–20 mm longa, 6– $7\frac{1}{2}$ mm lata, margine superiore recurvo, inferiore medio s. subtus contracto vel etiam

introrsum curvato, longius supra basin pericarpii desinente. — *Banisteria emarginata* Cav.¹⁾ in descr. p. p. neque in icona. — *Banisteria tomentosa* Desf. — *St. emarginatum* Juss.¹⁾ p. p. — *St. diversifolium* Griseb.¹⁾ in Fl. Brit. W. Ind. Isl. — Puerto Rico (Ventenat; Schwanecke; Krug 145 prope Mayaguez; Stahl 102 et 387: prope Bayamon in fruticetis; Garber 36: prope Jauco; Eggers 3259: S. Juan: ad Royers, 1000'; Sintenis 100 et 100b: Mayaguez in monte Mesa, 1130: prope Fajardo in silvis montanis, 2079b: prope Aybonito ad La Lucia, 2280b: prope Cayey in silva primaeva, 2306b: prope Cayey ad rivulum Morellos, 3539b: prope Jauco in fruticetis juxta flumen, 3843: inter Sabana grande et Guanica in declivibus, 3926b: prope Sabana grande in silvis juxta flumen Estero, 6123b: prope Lares ad Guajataca, 6705: prope Manati in pratis ad Garocheles et 6716: prope Manati in fruticetis litoralibus); Martinica (?) (Plée)²⁾. — Culta sub nomine „*Banisteria tomentosa*“ in hortis Monac. (a. 1838), Carlsruhe. (a. 1843), Schwetzing. (a. 1828) et Paris. (a. 1834).

1. *S. tomentosum* (Desf.) Ndz.

II. Et folia novella utrinque et ramuli compressi corymbique incano-sericei. Rami striato-cylindracei, fusci, glabri, lenticellis crebris orbicularibus tuberculati. Folia ovata s. subrotunda, apice emarginata apiculataque, basi cordata, $1\frac{1}{2}$ —7 cm longa, $1\frac{1}{4}$ —5 cm lata, membranacea, adulta supra glabra, subtus ± sericea, petiolo 4—17 mm longo, glandulis 2 patelliformibus nunc petioli apicem nunc nervi medii basin occupantibus. Corymbi simplices 10—20-flori ramulos axillares 4-folios terminantes, pedunculis 3—10 (—15) mm, pedicellis 7—15 mm, bracteis $1\frac{1}{2}$ —2 mm, bracteolis 1— $1\frac{1}{2}$ mm longis. Flores 18—22 mm diametro. Sepala ovata glandulas 8 (interdum 10, additis 2 minoribus anticis) ovales 1— $1\frac{1}{2}$ mm longas 2—3 mm superantia. Petala lutea, limbo denticulato exteriorum usque 11 mm, quinti vix 5 mm diametro, ungu 3—4 mm longo. Stamina stylique 2 postici antico multo longiores. Pollen 11—12 μ diametro, poris 6 regulariter dispositis. Samarae pericarpium 4 mm, appendicula triangularis 2—3 mm alta, ala oblique obovata 8 mm lata ac duplo longior. — *Banisteria emarginata* Cav. in icona et p. p. in desc. — *S. emarginatum* Juss. p. p. — *S. emarginatum* Gris. in Fl. Brit. W. Ind. Isl. — Jamaica (Balbis misit a. 1822, specimen Berteroanum?); March; Harris 5706: Gordon Town 1100' et 5806: Mona 600'.

2. *S. emarginatum* (Cav.) Juss.

¹⁾ Cavanilles (IX. diss. p. 425) a. 1790 in descriptione *B. emarginatae* (cujus folia — cf. n. 2 — revera subtus incano-sericea sunt, affirmavit: „Folia . . . supra nitida . . . subtus tomentoso-ferruginea“, id quod quadrat in folia *S. tomentosi*, tabula autem 249. *S. emarginatum* verum adumbravit. Quapropter etiam A. Dr. Jussieu has duas species confudit a. 1843, quamvis Desfontaines jam a. 1829 in Catal. hort. Paris. e speciminibus a Jussieu perspectis et siccis herbarii Jussieuani et vivis horti Parisiensis novam speciem discrevisset *B. tomentosam*. Itaque et nomen specificum Fontanesianum restituendum et speciei ab Jussieu „*S. tomentosum*“ dictae alind quoddam nomen attribuendum est. Grisebach denuo discrevit quidem speciem Fontanesianam a *S. emarginato*, errore autem novo cum *S. diversifolio* (H. B. K.) Juss. permiscuit.

²⁾ Num hoc specimen revera Martinicae aut potius e Puerto Rico lectum sit?

f. 2. *parvifolium* Ndz.: Foliis $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ cm longis, $1\frac{1}{4}$ —2 cm latis. — Jamaica (Örsted: Morant Bay [*Banisteria tomentosa*], prope Kingston [*Heteropterys parvifolia*] et loco non determinato; Hart a. 1886 [*Heteropterys parviflora*]); Guadalupa (?) (Bertero a. 1817/19).

β. Omnes partes novellae incano-sericeae. Caulis mox glabratus, fuscus, lenticellis plerumque crebris tuberculatus, internodiis usque $1\frac{1}{2}$ dm longis. Folia³⁾ diversiformia, e basi cordata nunc ± late s. oblongo-ovata vel elliptica, nunc oblonga, nunc linearia s. formis intermediis, apice ± emarginata apiculataque, 1—14 cm longa, $1\frac{1}{2}$ — $9\frac{1}{2}$ cm lata, mox utrinque glabrata, supra fuscescens, subtus glaucescentia, coriacea, nervis utrinque paulo prominulis tenuiter reticulata, petiolo $1\frac{1}{3}$ —4 cm longo apice biglanduloso, glandulis patelliformibus brevissime stipitatis. Nunc racemi ± elongati, nunc corymbi ± contracti ramos plurifolios s. ramulos axillares 4-s. 2-folios terminantes, super foliolis floralibus saepius fertilibus arcte sessiles s. rarius breviter (usque $1\frac{1}{2}$ —1 cm) stipitati, pedunculis $\frac{1}{2}$ —9 mm, pedicellis 10—20 mm, bracteis bracteolisque lanceolatis 2 resp. 1 mm longis. Flores³⁾ 20—28 mm diametro. Sepala subrotunda glandulas 8 (s. 9) ovales vel orbicularies $1\frac{1}{2}$ —2 mm longas 2— $2\frac{1}{2}$ mm superantia. Petala lutea, limbo subintegro s. crenulato exteriorum 8—12 mm, quinti 5—7 mm diametro, ungu 2—4 mm, quinti 3—5 mm longo. Styli⁴⁾ 2 postici nunc trigoni nunc latere ab altero averso longitrorsum canaliculato-complicati, apice nunc simpliciter truncati nunc extrorsum et versus anticum oblique inclinato-triangulares ibidemque ad angulum infimum (i. e. oblique lateraliter situm) stigmatiferi, margine interno postico ± uncinato s. interdum subfoliaceo-dilatato. Samarae pericarpium latere reticulato-nervosum vel etiam „interdum nervis magis prominentibus latere utroque, saepius tantum altero cristato-denticulatum vel costatum“ (Juss.), 5—6 mm, appendicula trapezoidea 2—3 mm alta, ala 16—20 mm longa, 7—9 mm lata, margine superiore minus curvato. — *Banisteria periplocifolia* D. C. — Hispaniola (Jacquemont⁵⁾: in fruticetis et sepibus prope Marquisant; Balbis communicauit [*Triopterus ovata*]; Jäger 94 [„Corne de cabri“]: ad vias et sepes inque silvis prope Portum-principis; Ehrenberg 201 et 264⁵⁾ [*Triopterus ovata*]; Poiteau; Mayerhoff; Prenleloup 64: in sepibus, 1011, 1017 et 1046: in fruticetis circa oppidum; Favrat 92: Jérémie; Picarda 872; Eggers 1767: prope Puerto Plata in fruticetis, 1926: prope Llano Rafael 300 m, 1926 b: prope Tamboril in calcareis 350 m et 3372: prope Jacmel); Puerto Rico (Krug 146: prope Sabana grande in „la cuesta“; Schwanecke; Stahl 784: prope San Juan in litore maris; Sintenis 100c: prope Mayaguez in declivibus montis Mesa, 584: prope Salinas de Cabo Rojo in silvis litoralibus, 1290 p. p.: inter Fajardo et Ceiba in montibus, 1291: prope Fajardo in „Mte. de mula“, 2265 b: inter Arroyo et Guayama ad viam, 2985: prope Coamo in fruticetis

³⁾ Specimina e diversis insulis collecta omnibus in partibus magnitudine maxime differunt, praecipue dominicensia atque cubana ceteris minora sunt, jamaicensia majora.

⁴⁾ Praecipue stylorum 2 posticorum indole *S. periplocifolium* transitum praebet in sectionem *Monancistrum*.

⁵⁾ Haec specimina foliorum forma atque consistentia maxime ad *S. emarginatum* et ad *S. microphyllum* accedunt, ad hoc etiam stylorum indole.

litoralibus ad Salinas, 3747 et 5802b: prope Rincon in fruticetis litoralibus, 3810, 3892b et 3926: prope Guanica in fruticetis litoralibus ad Laguna, 5101b: prope Jabucoa in monte Canto de gallo et 5211: prope Patillas in fruticetis litoralibus ad Guardaraja; O. Kuntze 525: Guayama); Ins. S. Thomae (Plée; Hornbeck [*Banisteria reticulata*]; Wydler 110; Ehrenberg 115; Krebs [*Ban. emarginata* et *Ban. dichotoma*]; Moritz 4; Chrismar; Oersted 15; Duchassaing; Eggers 157 [*Heteropterys parviflora*]: ad Bolongo, a. 1887: in fruticetis volubilis et 390: in fruticetis; Read 81; Paulsen 129 [*Heteropterys parviflora*]: Hurican hole; Munro); ins. S. Joannis (Hornbeck [*Banisteria reticulata*])); ins. S. Crucis (Benzon; Oersted [*S. Sagræanum* s. *Ban. emarginata*]); Eggers [*Heteropterys parviflora*] 215: Mt. Welcome et a. 1871: Southgate Lagun; Read 87); ins. S. Luciae (communicavit Hiendlmayr); Martinica (Düss 438 et 439: in locis saxosis prope S. Luce); Antigua (Wullschägel 80); Ind. occid. loco non determinato (Banks; Holt; Benzon; Ryan; Isert).

3. *S. periplocifolium* (D. C.) Juss.

f. 2. *intermedium* Ndz.: Cum *S. emarginato* pube sericea in foliis etiam adultis subtus ± persistente, cum *S. periplocifolio* foliorum forma ceterisque notis congruens itaque transitum ab altero in alterum praebens, foliis maximis usque 11 cm longis, usque $9\frac{1}{2}$ cm latis. — Jamaica (Mac Nab; Harris; Campbell 5656: Long Mountain Road 300').

f. 3. *microphyllum* ⁵⁾ Ndz.: Foliis etiam adultis $3 \times 1\frac{2}{3}$ cm non excedentibus, ± ovalibus. — Hispaniola (Bertero 28 ×); Cuba (Wright 2154 p. p.)

b. Stylus anticus posticis multo gracilior atque dimidio brevior (vix $1\frac{1}{2}$ mm longus), apice in foliolum minimum horizontale separatum ovato- s. lanceolato-acutum s. linear-lanceolatum dilatatus; styli postici 3 mm longi, alter versus alterum contorti atque incurvi, ita ut stigma angulum internum occupans versus antheram oppositam spectet, apicis dorso nunc rotundati, nunc ± angulati. Stamina 2 stylis posticis opposita ceteris multo crassiora longioraque, filamentis incurvis. Corymbi subumbelliformes, pedunculis (floralibus) brevissimis ($\frac{1}{2}$ – 2 mm), pedicellis $1\frac{1}{2}$ – 2 cm longis. Samarae ala oblonga, margine superiore minus curvata. Glandulae 2 nunc petioli apicem nunc nervi medii basin occupantes.

a. Caulis volubilis usque $1\frac{1}{2}$ m altus, fuscus s. rubiginosus, glabratus, lenticellis crebris orbicularibus tuberculatus, internodiis usque 2 dm longis; ramuli pedunculi ceteraeque partes novellae pube densa fulva tomentosi. Folia ovato-cordata, nunc subrotunda nunc elongata, apiculata, usque 8 cm longa, usque $4\frac{1}{2}$ cm lata, margine revoluta, adulta supra glabrata lucidaque neenon nervis paulo prominulis reticulata, subtus tomentosa, nervi medii basi biglandulosa, petiolo tomentoso 3—7 mm longo. Umbellae 6—12-florae super foliolis 2 saepissime linear-lanceolatis grandiglandulosis saepius fertilibus sessiles terminantesque ramulos praeter 2 foliola etiam 2 s. 4 s. raro complura folia fere semper sterilia gerentes, pedicellis sessilibus („basi articulatis bibracteolatisque“) 9—15 mm, bracteis bracteolisque lanceolatis s. ovato-acutis 2 resp. 1 mm longis. Flores 20—26 mm diametro. Sepala suborbicularia

glandulas oblongo-ovales 2 mm longas 1— $1\frac{1}{4}$ mm superantia. Petala flava, limbo ± denticulato exteriorum 10—12 mm, quinti 6—9 mm diametro, ungui 2—3 mm longo. Pollen 11—12 μ diametro, poris 6 regulariter dispositis. Samarae pericarpium latere longitrorsum costatum 5 mm, appendicula obtusa s. subtrapezoidea vix 1— $1\frac{1}{2}$ mm alta, ala 15—21 mm longa, 7—10 mm lata. — *S. diversifolium* et Juss. et Gris. p. p — Antillae minores: Ins. S. Trinitatis (Sieber 135); Antigua (Wullschägel 81: Gracebay et 82: Lebanon); Guadalupa (Bertero; Duchassaing; Duss 2413: Vieux-Fort-Trois Rivières 100 m; l'Hérimnier); Marie galante (Perrottet); Martinica (Duss 437: in rupibus: „petit mibi“ incolis); Dominica (Ramage: Grand Savan, a very dry locality to leeward; Nicholls 57); ins. S. Thomae (Read 88; Eggers 390: in fruticetis).

4. *S. cordifolium* Ndz. n. sp.

β. Folia glaucescentia rigido-coriacea, basi acuta s. rotundata, juniora utrinque, sicut ramuli pedunculique, tomento ± subsericeo incano-pubescentia.

I. Caulis volubilis rubiginosus pube minuta incana sericeus, demum glabratus, internodiis valde inaequilongis (usque $1\frac{1}{2}$ dm longis); ramuli pedunculique, sicut partes omnes novellae, pube fulva s. canescente tomentosi. Folia usque 9 cm longa, usque 4 cm lata, forma diversissima, latiora elliptica (quaedam acuminata, quaedam rhomboidea) s. obovata (quaedam apice emarginata) s. ovata, angustiora lanceolata s. oblanceolata s. oblonga s. ± linearia, pleraque utrinque acuta s. quaedam basi obtusa s. rotundata, adulta supra glabrata lucidaque, subtus nunc glabrata (excepto nervo medio) nunc etiam tomentosa, petiolo tomentoso 2 mm longo apice glandulis 2 inconspicuis instructo. Corymbi breviter pedunculati ramulos breves prophylloides (s. rarissime foliiferos) terminantes in corymbum ramos breves foliiferos terminantem dispositi, pedunculis 1—8 mm, pedicellis 10—20 mm, bracteis bracteolatisque lanceolatis vix 2 resp. 1 mm longis. Flores 20—23 mm diametro. Sepala ovata glandulas oblongo-ovales 1—2 mm longas $1\frac{1}{2}$ —2 mm superantia. Petala lutea, limbo denticulato s. ciliato exteriorum 8—9 mm, quinti 6—7 mm diametro, ungui 2 mm longo. Samarae pericarpium latere reticulato-nervosum 6 mm, appendicula triangulari-acuta 2 mm alta, ala usque 20 mm longa, usque 8 mm lata. — *Banisteria diversifolia* H. B. K. — *S. rhombifolium* Wright. — Cuba (Nuttall; Ramon de la Sagra 280 p. p ac sine n.; Wright 2153: in fruticetis prope S. Bartolomé et 3521 [*S. rhombifolium*]; Eggers 4617b: in fruticetis ad Jaybo prope Guantanamo; Combs 678: Cieneguita, prov. S. Clarae, distr. Cienfuegos).

5. *S. diversifolium* (H. B. K.) Juss.

II. Folia omnia oblonga s. ± lanceolata s. linearia, jnniora incano-sericea, sicut partes ceterae novellae. Samarae appendicula obtuse deltoidea s. subrotunda, vix $\frac{1}{2}$ —1 mm alta.

1. Caulis brunneus laevisque, primum sericeus, demum glabratus. Folia ± oblonga s. lineari-oblonga s. lanceolata, 1—4 cm longa, $\frac{1}{2}$ —1 cm lata, utrinque rotundata apiceque mucronulata, petiolo 1—3 mm longo. Umbellae 3—10-florae ramulos foliiferos terminantes, pedunculo communi pedicellisque sessilibus („basi articulatis“) 1—2 cm, bracteis bracteolatisque

ovatis vix 1 mm longis. Flores non suppetentes 13—15 mm diametro videntur. Sepala ovata glandulas oblongas $1\frac{1}{2}$ mm longas $1\frac{1}{2}$ mm superantia. Samarae pericarpium latere venoso-reticulatum 6 mm altum, ala usque 13 mm longa. 6 mm lata. — Cuba orientalis (Wright 2155: prope Rio Toro).

6. *S. sericeum* Wright

2. Caulis brunneus laevisque, pube minutissima appressa incano-sericeus, internodiis usque 12 cm longis. Folia linearia utrinque acuta, 4—9 cm (floralia 1— $1\frac{1}{2}$ cm) longa, 1—3 mm lata, adulta utrinque glabrata, petiolo 1—4 mm longo ac (sicut pedunculi) persistenti-sericeo. Flores non suppetentes vix 11—13 mm diametro videntur. Sepala ovata glandulas ovales $1\frac{1}{2}$, mm longas 1— $1\frac{1}{2}$ mm superantia. Umbellae 6—14-florae ramulos breves biphylliferos terminantes in racemum prophylliferum dispositae, pedunculis subnulis, pedicellis 1—2 cm, bracteis bracteolisque lanceolatis 2 resp. 1 mm longis. Samarae pericarpium 3—4 mm altum longitrorsum costatum, ala 9—12 mm longa, 3—4 mm lata. — Cuba orientalis (Wright 2156: prope Cavo del Rey).

7. *S. lineare* Wright

B. Samarae ala margine superiore exappendiculata, subdirecta, inaequilatero-ovovata s.-ob lanceolata. Styli 3 inter se subaequales, subdirecti, crassiusculi, a latere valde compressi, apice truncati nec (s. vix) appendiculati, ad angulum anticum stigmatiferi. Petala (praeccipue interiora) fimbriata. Corymbi — plerumque ad apicem ramorum dichotomo-corymbose dispositi — terminantes ramulos axillares super internodio elongato (2—10 cm longo) 2 foliola gerentes neenon brevi pedunculo stipitati s. sessiles, pedunculis pedicellisque sursum incrassatis subaequilongis („pedicellis medio articulatis“). Pollen 11μ (in *S. urenfolio* usque 13μ) diametro, 6 poris regulariter dispositis. Folia margine glandulifera, longe petiolata. Subsect. **B. Homalopterys**.

a. Samarae ala pubescens nervisque prominentibus longitrorsum costata, pericarpium transverse costatum s. cristatum s. \pm alatum. Corymbi subracemosi, super foliolis floribus pedunculo communi 2—10 mm longo stipitati, bracteis bracteolisque linearilanceolatis s. subulatis. Folia chartacea cordata et inaequilatera (sicut in *Tilia*), usque 11 cm longa, usque 8 cm lata, supra demum glabrata, subtus (sicut omnes partes novellae) tomento densissimo fulvo lanuginosa, margine glanduloso-repanda s. (exceptis glandulis sessilibus) integerrima, pinnatinervia, nervis et primariis et secundariis inter se \pm parallebis, petiolo usque 4 cm longo, apice 2-glanduloso, glandulis planis sessilibus. Caulis volubilis demum glabratu, cylindricus, laevis, fucus s. rubiginosus, internodiis usque $2\frac{1}{3}$ dm longis.

a. Folia apice acuta. Pedunculi pedicellique 5—10 mm longi, bracteae bracteolaeque \pm 2 mm. Flores non suppetunt. Sepala ovata glandulas ovales $1\frac{3}{4}$ mm longas 2 mm superantia. Samarae pericarpium transverse costatum, ala 25—30 mm longa, 12—14 mm lata. — „*Banisteria lanuginosa* Fl. per.“ in sched. — Peruvia (Ruiz a. 1784: ad Ponuzo). **8. *S. lanuginosum* Ndz. n. sp.**

β. Folia apice cuspidata. Pedunculi pedicellique 5—15 mm, bracteae \pm 3 mm, bracteolae $1\frac{1}{2}$ —2 mm longae. Flores 15—16 mm diametro. Sepala ovata glandulas ovales $2\frac{1}{2}$ mm longas $1\frac{1}{2}$ mm superantia. Petala lutea, exterorum limbo 6—7 mm, quinti 4 mm diametro, ungui 2 mm longo. Samarae

pericarpium transverse alato-cristatum, crista 2—3 mm lata, ala 4—5 cm longa, 18—20 mm lata. — „*Banisteria tomentosa* Fl. per. cum ic. 42“ in sched. — *S. Humboldtianum*⁶⁾ et Juss. et Gris. p. p. s. *S. retusum* Gris. p. p. — Peruvia (Ruiz a. 1794: ad Vitoc); Columbia (aut Venezuela?) (Moritz 1196: Merida).

9. **S. Ruizianum** Ndz. ⁶⁾ n. sp.

b. Samarae et pericarpium et ala laevissima atque glaberrima, haec $3\frac{1}{3}$ cm longa, $1\frac{2}{3}$ cm lata, inaequilatero-obovata. Corymbi umbelliformes super foliolis floralibus arcte sessiles, bracteis bracteolisque late ovatis, plerisque rotundatis. Folia membranacea, sinuata s. lobata, dentibus ciliatis, ciliis longissimis gracillimisque deciduis, supra glabrata, subtus tomento \pm persistente pubescentia, petiolo dimidio superiore biglanduloso, glandulis magnis patelliformibus stipitatis. Caulis demum glabratus, complanatus, striatus, rubiginosus, internodiis $1\frac{1}{2}$ —2 dm longis, foliis ejusdem jugi saepius \pm longe (usque 2 cm) inter se distantibus.

a. Folia (— floralia sola suppetunt —) pinnatinervia, ovata, sinuata, petiolo medio glandulifero. Pedunculi pedicellique 5—12 mm longi, bracteae acutiusculae 2—3 mm, bracteolae obtusae s. rotundatae $1\frac{1}{2}$ mm. Flores 25—28 mm diametro. Sepala orbicularia glandulas suborbicularares $1\frac{1}{2}$ mm longas 1 mm superantia. Petala lutea, limbo exteriorum 10—13, quinti 8 mm diametro, ungui 2 mm, quinti 3—4 mm longo. — Minas (Martius: in campis deserti et ad Formigas).

10. **S. anomalum** Juss.

β. Folia subpalmatisecta, 5-loba, lobis nunc rotundatis ac parum obtuseque sinuatis, nunc acutiusculis atque repandis, usque 13 cm longa lataque, ciliis usque 5 mm longis, \pm subpalmatinervia s. potius basi pedatinervia, eis generis *Manihot* s. *Platani* similia, glandulis 2 nunc apicem occupantibus, nunc 1—10 mm ab apice petioli 2—6 cm longi distantibus. Pedunculi 4—12 mm, pedicelli 3—10 mm, bracteae acutiusculae 2 mm, bracteolae obtusae s. rotundatae $1\frac{1}{2}$ mm longae. Flores 20—30 mm diametro. Sepala orbicularia glandulas late ovales s. suborbicularares $1\frac{1}{4}$ — $2\frac{1}{4}$ mm longas 1— $1\frac{1}{2}$ mm superantia. Petala lutea, limbo exteriorum 7—13 mm, quinti 5—7 mm diametro, ungui 2—3, quinti 3—5 mm longo. Stylus anticus apice extus \pm uncinatus. — Minas (Martius: in herbidis ad vias prope Tabora; Glaziou 12482 et 13604).

11. **S. urenifolium** Juss.

2. Stylorum 2 posticorum apex ad angulum internum stigmatifer, inde extrorsum in foliolum dilatatus ad latus ab altero aversum nutans s. replicatum. Styli antici posticis \pm brevioris apex in uncum angustum a stigmate separatum et extus subrectangularis directum excrescens. Samarae ala \pm obovato-oblonga s. semiobovata, marginis superioris basi appendiculata.

Sect. 2. **Monancistrum**.

A. Styli antici apex lineari-angustus, posticorum meniscoideo-falcatus s. semilunaris, margine utroque arcuato.

Subsect. A. **Eumonancistrum**.

⁶⁾ Sub n. 22. *S. Humboldtiano* Jussieu haec dixit: „Proxima quoque *Banisteria tomentosa* Pavon mss. (v. s. herb. Webb) Peruviana, cuius samarae paulo maiores (sc. iis *S. Humboldtiani* typici) et lateribus cristatae crista lata fere basim alae aequante, folia subtus subtomentosa glandulis minutis in margine denticulata; forsitan olim, dum plura suppetent, distinguenda.“ Hoc autem specimen jam stylorum indole a *S. Humboldtiano* (D. C.) Juss. longissime abhorret.

a. Frutex scandens usque 3 m altus. Ramuli pedunculique paulo pubescentes; rami mox glabri, fulvi s. canescentes, lenticellis crebris parvis orbicularibus tuberculati. Folia (in eodem saepe specimine) „polymorpha, nunc ± elliptica, nunc oblonga, nunc linearia (long.: lat. = 4—13: 1), aut sensim a basi ad apicem aut basi et apice latioribus circa medium angustata, a forma mensurisque prioribus ad posteriores per omnes intermedias transeuntia,“ usque 8 cm longa, usque 4½ cm lata, basi rotundata s. etiam subcordata, apice rotundata s. obtusa, mucronulata nec raro emarginata, margine recurvo et in quibusdam ad fines nervorum obsolete crenulato, novella praecipue subtus pubescentia, adulta utrinque mox glabrata, coriacea, nervis subtus valde prominentibus intricate reticulata, supra ad nervos praecipue majores impressa s. plerumque nervis etiam e valleculis prominulis reticulata, petiolo canaliculato 4—10 mm longo, sub apice biglanduloso, glandulis stipitem crassum usque ¾ mm longum terminantibus. Racemi ± in umbellas contracti, 5—16-flori, ramulos terminantes, super foliolis summis breviter (usque 8 mm) pedunculati, interdum foliis supremis bracteiformibus in corymbum dichotomum s. racemum dispositi, bracteis bracteolisque lanceolatis 1½ resp. ½ mm, pedicellis sessilibus s. brevissime (usque 2½ mm) pedunculatis, 1—2½ cm longis. Flores 17—22 mm diametro. Sepala glabella subrotunda glandulas 8 (6—9) ovales s. subrotundas 2 mm longas 2 mm superantia. Petala „lutea“, limbo crenulato exteriorum 8—9 mm, quinti 6 mm diametro, ungui 2—3 mm, quinti ad apicem contracto usque 4 mm longo. Et styli 2 postici et filamenta ipsis opposita curvata anticoque multo longiora. Pollen 12—13 μ diametro, poris 7—9. Samarae virentis pericarpium latere nervis prominulis reticulatum 5—6 mm, appendicula depressa lata obtusa 1 mm alta, ala 18—20 mm longa, 8 mm lata. — Cuba (Ramon de la Sagra 280 p. p. et sine n.; Otto 120: Vi. Lapinelles, 130 et 131: Trinidad de Cuba: in apriis aridisque saxosis; Linden 1722 et 1724: prope Santiago in Savana del Saltadero; Wright 97: Cuba orientalis: prope villam Monte Verde dictam; Greene; Eggers 4576: El Tejar in fruticetis et 4617 p. p.: in fruticetis ad Jaybo prope Guantanomo; Torralbas 82: prope Habana ad Vedado et 84; Morales et Bosque 191: prope Habana ad Vedado; Combs 14: Cieneguita, distr. Cienfuegos).

12. **S. Sagraeanum** Juss.

- f. 2. *reticulatum* (Juss.) Gris. — *S. reticulatum* Juss.: A forma typica paulo abhorret foliis supra nitidis sublaevibusque, nervis supra non prominulis, neconon samaris rubentibus semiobovatis 16—18 mm longis, margine superiore subdirecto. — Cuba (Ramon de la Sagra sine n.)
- f. 3. *Wrightianum* Ndz. — *S. periplocifolium* Wright p. p.: Foliis linearibus minus nervosis ac brevius (usque 2—3 mm) petiolatis, floribus umbellatis (umbellis 5—8-floris) 16 mm diametro, samarae ala 8—10 mm longa, 5—6 mm lata. — Cuba orientalis (Wright 2154 p. p.).
- f. 4. *Faustinum*⁷⁾ (Wright) Ndz. — *S. Faustinum* Wright: Samara oblonga 11 mm longa, 4 mm lata, appendicula lato-trapezoidea. — Cuba (Wright 3522).

⁷⁾ Nec descriptionem vidi nec specimen nisi ramulum fructiferum minimum foliis parvis subtus subtomentosum 16—20 mm longis, 6—9 mm latis, petiolo 1—2 mm longo.

b. Folia membranacea, subtus \pm sericea, nervis paulo prominulis. Pedunculi pedicellis subaequilongi („p. \pm medio articulati“). Samarae pericarpium latere longitrussum costatum.

a. Caulis ascendens gracilis vix $1\frac{1}{2}$ -metralis incanus glaber laevisque, internodiis usque 1 dm longis; ramuli breves pedunculique, sicut ceterae partes novellae, fulvo-s. demum incano-sericei. Folia pro genere minima, nunc subrotunda usque 11 mm diametro, nunc ovalia s. ovali-oblonga s. oblonga 6—17 mm longa, 3—7 mm lata, utrinque rotundata, apice apiculata, supra demum glabrata, subtus sparse sericea, margine integerrima ciliisque destituta, tenuissima, nervo medio prominulo, petiolo $1\frac{1}{2}$ 3 mm longo paulo sub apice biglanduloso, glandulis longe ($\frac{1}{2}$ mm) ac tenuiter stipitatis. Umbellae 2-4-florae ramulos brevissimos (vix 1 cm longos) 4- s. 2-folios terminantes, nunc subsessiles, nunc brevi pedunculo stipitatae, pedunculis floriferis $1\frac{1}{2}$ cm, pedicellis $1\frac{1}{2}$ —2 cm, bracteis lanceolatis $1\frac{1}{2}$ mm, bracteolis oblongis 1 mm longis. Flores 18—20 mm diametro. Sepala ovata glandulas suborbiculares \pm 1 mm diametro 1 mm superantia. Petala flava, limbo subintegro exteriorum 7—9 mm, quinti 5 mm diametro, ungui 2, quinti 3 mm longo. Et styli 2 postici latere exteriore canaliculati et stamna ipsis opposita antico multo crassiora. Pollen 9—11 μ diametro, poris 6 regulariter dispositis. Samarae non suppetunt. — Cuba orientalis (Wright 93: Guantanomo).

13. **S. microphyllum** Gris.

β . Frutex volubilis . . . m altus, internodiis usque $1\frac{1}{2}$ dm longis, ramulis peduncisque complanatis fuscis tomento densissimo ferrugineo velutinis, ramis quoque \pm pubescentibus subcylindraceis. Folia juniora proprie, adulta orbiculari-s. quaedam ovato-reniformia, apice pleraque rotunda, in ramis summa (an etiam cetera novella?) cuspidata, usque 11 cm longa, usque 10 cm lata, margine \pm crenato glandulis sparsis minutis sessilibus instructa, supra jam novella parum pubescentia, adulta \pm glabrata, subtus pube densissima argenteo-sericea, nervis prcecipue primariis subtus prominulis ad basin folii pediformibus, ceteris pinnatis, secundariis inter se parallelis, petiolo 1—6 cm longo supra canaliculato, subtus apice s. paulo sub apice glandulas 2 sessiles patelliformes gerente. Inflorescentia axillaris, typica generis i. e. reiterato-dichotoma, corymbis 6—12-floris sessilibus super prophyllis ad stipitem s. bracteam biglandulosam vix 5 mm longam reductis, pedunculis pedicellisque $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ cm („pedicellis medio articulatis“), bracteis e basi brevissima acutis bracteolisque rotundatis 1— $1\frac{1}{2}$ mm longis. Flores 14—16 mm diametro. Sepala ovata s. suborbicularia glandulas ovales s. suborbicularares 1— $1\frac{1}{2}$ mm longas \pm $1\frac{1}{2}$ mm superantia. Petala „violacea“ (e Moritz), limbo \pm denticulato (s. ciliato?) basi cuneiformi in unguem vix 1 mm longum attenuato exteriorum 7—9 mm, quinti 5—6 mm diametro. Filamenta 2 stylis posticis opposita antico parum crassiora. Pollen 11—12 μ diametro, poris 6 regulariter dispositis. Styli antici posticis brevioris appendicula falcato-recurva, angustissima, 1 mm superans. Samarae pericarpium latere utroque transverse nunc tantum breviter costatum nunc cristatum, crista interdum interrupta usque 2 mm alta usque 5 mm longa, appendicula nunc trapezoidea et interdum obtusissima, 4 — vix 1 mm alta, nunc acuto-triangularis usque 8 mm alta, ala e basi vix 6—9 mm lata oblique

sphathulata, $4-5\frac{1}{2}$ cm longa, $1\frac{1}{3}-1\frac{3}{4}$ cm lata, apice oblique acuminata. — „Ojo de agua“ incolis (e Moritz). — *S. fulgens* aut. p. p., quoad plantam columbensem. — Columbia (Moritz 779: Maracay ad rivulos in crepidis; Karsten).

14. *S. Monancistrum* Ndz. n. sp.

- B.** Styli antici apex in foliolum angustum trianguli-lanceolatum dilatatus, posticorum dimidiato antici apici haud dissimilis s. semicordato-lanceolatus, margine exteriore \pm angulato, interiore directo.

Subsect. **B. Hemiphyllum.**

Liana . . . m alta, internodiis usque $1\frac{1}{2}$ dm longis, partibus novellis incano-sericeis, ramulis complanatis, ramis cylindraceis glabratissimis rubiginosis, lenticellis orbicularibus sparsis. Folia e basi reniformi ac pedatinervi cordata,⁸⁾ acuminata (?), usque 11 cm longa, usque 10 cm lata, nervis utrinque prominentibus nervulisque praecipue supra prominulis areolata, utrinque glabrata, margine leviter undulato subcrenulata, petiolo subcylindraceo glabro gracili 4–8 cm longo apice 2-glandulosō, glandulis sessilibus patelliformibus. Inflorescentia typica generis, corymbis 6–12-floris subumbelliformibus sessilibus super foliolis floralibus 4–10 mm (incl. petiolo) longis, biglandulosis, pedunculis 3–6 mm, pedicellis 10–15 mm, bracteis bracteolisque lanceolatis 2–3 mm resp. 2 mm longis. Flores 18–20 mm diametro. Sepala ovata s. oblongo-ovata glandulas 1–8 ovales s. suborbicularares 1–2 mm longas $2\frac{1}{2}$ –3 mm superantia. Petala lutea, limbo ciliato in unguem vix 1 mm (in quinto 2 mm) longum cuneato 8–10 mm, quinti 6–7 mm diametro. Et styli 2 postici et stamina ipsis opposita antico multo longiora. Pollen 9–10 μ diametro, poris 6 regulariter dispositis. Samarae pericarpium nervis paucis prominentibus longitrorsum costatum 6–7 mm, appendicula rotundato-obtusa 2 mm alta, ala 2–3 cm longa, 9–11 mm lata oblongo-ovata, usque pericarpii basin decurrentis, margine inferiore praecipue sursum \pm sinuato. — Guatemala (Heyde et Lux: J. D. Smith 3267: Depart. Guatemala, 5000').

15. *S. cordatum* Rose

⁸⁾ Folia omnia speciminis in herb. Berol. asservati laesa sunt, ita ut forma margove plane perspici nequeat.

LECTIONES.

A. ORDINIS THEOLOGORUM.

Dr. Julius Marquardt, P. P. O., h. t. Decanus.

- I. Theologiae moralis partem generalem docebit, adjunctis repetitionibus et disputationibus, quinque hebdom. hora XI.
- II. Apologetarum veterum vitas et scripta tractabit semel hebdom. hora XI.
- III. De restitutione disseret semel hebdom. hora def.

Dr. Henricus Oswald, P. P. O.

- I. De statu originali hominis deque protoparentum lapsu disseret bis hebdom. hora X.
- II. Repetitiones instituet examinandi et disputandi causa diebus Sabbati eadem hora.

Dr. Franciscus Dittrich, P. P. O.

- I. Historiam primaevae ecclesiae usque ad Constantini Magni tempora enarrabit quater hebdom. hora IX.
- II. Jus canonicum tradet bis hebdom. hora IX.

Dr. Hugo Weiss, P. P. O.

- I. Psalmos selectos interpretabitur bis per hebdom. hora VIII.
- II. Evangelium sec. Marcum explicabit bis per hebdom. hora VIII.
- III. Antiquitates sacras Hebraeorum dabit bis per hebdom. horis definiendis.
- IV. Repetitiones exegeticas instituet hora definienda.

Dr. Antonius Kranich, P. P. O.

- I. Apologetices alteram partem tradet bis hebdom. horis def.
- II. Doctrinam de s. Sacramentis ad finem perducet, deinde de creatione disseret quater hebdom. vel hora X. vel hora def.

Dr. Josephus Kolberg.

- I. Historiam ecclesiasticam primaevam inde a Constantino Magno tractabit bis hebdom. horis def.
- II. De arte Christiana primaeva disseret semel hebdom.

Dr. Bernardus Gigalski.

Lectiones historico-exegeticas de tempore apostolorum habebit bis hebdom. horis def.

B. ORDINIS PHILOSOPHORUM.

Dr. Franc. Niedenzu, P. P. O., h. t. Decanus.

- I. Botanicen generalem docebit ter hebdomade hora VIII.
- II. Exercitationes anatomico-botanicas microscopio instituet semel hebdomade hora definienda.
- III. Potiores quasdam astronomiae partes tradet semel hebdomade hora VIII.
- IV. Mineralogica quaedam tractabit semel hebdomade hora VIII.

Dr. Guilelmus Weissbrodt, P. P. O.

- I. Tertulliani Apologeticum leget bis hebdomade hora IX.
- II. De arte antiqua disseret bis hebdomade hora IX.
- III. Inscriptiones christianas interpretabitur semel hebdomade hora IX.

Dr. Jos. Krause, P. P. O.

- I. Psychologiam tractabit ter hebdomade hora X.
- II. Paedagogicen explanabit bis hebdomade horis definiendis.

Dr. Victor Röhrich, P. P. O

- I. Historiam Warmensem tradere perget bis hebdomade hora XI.
- II. Historiam recentioris aetatis inde ab anno 1789 enarrabit bis hebdomade hora XI.
- III. Ethnographiae capita selecta docebit semel hebdomade hora XI.

Dr. Joh. Uebinger, P. P. E.

- I. Metaphysicam tractabit ter hebdomade hora VII.
- II. Noeticam docebit bis hebdomade hora X.
- III. Exercitationes philosophicas moderabitur semel hebdomade hora X.

Martinus Switalski, Prof., Lector linguae Polonicae.

- I. Leges linguae Polonicae grammaticas docebit exercitationesque loquendi intituet bis hebdomade horis definiendis.
- II. Adami Mickiewicz carmina lseecta legere interpretarie perget semel hebdomade hora definienda.



Publica doctrinae subsidia.

- I. Bibliotheca, cui praeest **Prof. Dr. Weiss**, commilitonibus patebit diebus Martis et Veneris hora II—III.
 - II. Apparatum arti christanae illustrandae inservientem custodit **Prof. Dr. Dittrich**.
 - III. Sculpturarum veterum imagines gypseas custodit **Prof. Dr. Weissbrodt**.
 - IV. Instrumenta collectionesque, quae ad physicen, mathematicam, astronomiam et historiae naturalis disciplinas pertinent, asservat necnon horto botanico praeest **Prof. Dr. Niedenzu**.
-